



Villehadus sua eruditione & pietate sub Carolo Magno apud omnes in magna ueneratione extitit. Nam singulari quadam facundia primus apud Saxones Christum prædicauit, atque magno uitæ periculo multos ab Idolorum cultu ad ueram religionem pellexit. Itaq; cum eo tempore Carolus uictor Bremensem Ecclesiam fundasset, anno Christi 785, ipse hunc Vuillehadū pri-
mum eius loci præfulem constituit. Cum autem eo tempore Colonienses & Moguntinenses Ecclesiæ iam dudum floruisserent, atque Episcopatus Saxonie hisce subiacerentur, Bremensis Coloniensi addita fuit. Eam functionē ipse Vuillehadus bona fide administrauit, & nihil earum rerum intermisit, quæ ad Christi gloriam promouendam pertinere uiderentur. Cum hoc modo egregiè perrexisset, atq; suam Ecclesiam optimè instituisset, tandem in Frisia mortuus, & celebri funere in Bremensi Ecclesia sepultus fuit. Theoph. Leb. in Onomast. Theolog. Crantz. Sax. lib. 2. cap. 15.

VVillehadus sua eruditione & pietate sub Ca-
rolo Magno apud omnes in magna uenera-
tione extitit. Nam singulari quadam facundia pri-
mus apud Saxones Christum prædicauit, atque
magno uitæ periculo multos ab Idolorum cultu
ad ueram religionem pellexit. Itaq; cum eo tem-
pore Carolus uictor Bremensem Ecclesiam fun-
dasset, anno Christi 785, ipse hunc Vuillehadū pri-
mum eius loci præfulem constituit. Cum autem
eo tempore Colonienses & Moguntinenses Ec-
clesiæ iam dudum floruisserent, atque Episcopatus
Saxonie hisce subiacerentur, Bremensis Coloni-
ensi addita fuit. Eam functionē ipse Vuillehadus